ralis non sufficit: vt in predicta decretali. licet collata est per aliū talis prebenda: nunquid locum habebit iste ver. ⁊ dico ꝙ sic. ar. s. e. verbo per se vel per alios: vt. j. de reg. iur. qui facit cum suis concor. hoc optime probatur. j. de pben. hi qui. ⁊. s. ti. prori. cum aliquibus.

a ¶ Predicte ꝛsuetudini. qr. s. antiqor fuato gradu mutare nō poterit.

b ¶ Prouisiones. prebendarū qr canonicatus collatus erat p papā: vl per executorē auctoritate pape: vel cōferri potest.

c ¶ Prouisiōibus. erāt ergo dati ad prouidendum vel forte ad compellendum tñ: vt infra dicam.

d ¶ Xx. dies. similis dilatio tpis. j. de elec. c. i. ⁊ .c. cupiētes ⁊ credo ꝙ tpis currere a tpe sciētie. j. de cōcel. pben. quia diuersitatem cum si.

e ¶ Dumtaxat. credo ꝙ littera ista loquatur de oibus optare volentib? sicut in plurali plata est vñ nō soluz pimus antiquior: sed ⁊ scōus ⁊ tertius ⁊ quartus. ⁊ sic de singulis inter oes solos .xx. dies habebūt. si. n. primum diceremus: iā se quereē ꝙ si viginti eēnt canonici: ⁊ oes deberent viginti dies habere iam haberent annuz ⁊ vltra qō esset absurdū ⁊ cōtra mentez istius decre. que in plurali dicit volentes ⁊ dicit dumtaxat. ⁊ sm hoc antiquior optare nolens impedret alios: qa nō optabit infra viginti dies: nec alij poterunt aū ipsuz optare: ⁊ sic erit casus quo quis punitur sine culpa: sed non sine cā. j. de reg. iur. sine culpa: vel est in culpa: quia capitulū poterat ipsi antiquiori statuere terminum: puta duorum dierum ad mutandum vel optandum. ⁊ sic locus daretur sequentib?: ⁊ sic de singulis: ⁊ si hoc nō fecit sibi imputet: fiet enī prouisio in nō optata: ⁊ si de expressa voluntate canonicorum apparet ꝙ mutare nolūt nō habebit necesse per hos dies expectare: in eorū enim fauorem est hec dilatio inducta: vnde ꝙ renūciare possunt ⁊ facit quod dicit in glo. non enim.

predicte[a] consuetudini non existit.

℣ Me aūt pretextu eiusdez consuetudinis ,puisiōes[b] auctoritate apo. faciende vltra debitum differant. statuimus vt executores sup ipsis ,puisiōib?[c] ōputati optaē volētes p xx. dies[d] dūtaxat[e] expectēt qb? elapsis libere i ñ optatis ad exequēda sibi mādata[f] ,pcedāt prefata cōsuetudine nō obstante.

Rica De postulatione prelatoruz.

B Oni. octauus.

¶ Si aliqs eligat postulādo: vel postulādū: vel in postulandū: vel postulet eligendo vel eligendū: vl in eligendum talis electio vl postulatio est irrita ipso iure. Si autem dicat eligo ⁊ postulo prout melius de iure valere potest idē: nisi ,pbabiliter dubitaretur an esset eligēd? vel postuland?: ⁊ tunc ꝛsensus tpe eligat alteram viam electōis. s. vel postulatōis qua electa ad alterā redire nō poterit. b. d Jo. an.

Perpetuo[g] prohibemus edicto: ne sub aliqua ex his formis q̄s pniciosa[h] curiositas adiuenit: eligo[i] postulando: ⁊ postulo eligēdo aut eligo postulanduz[k] seu postulo eligendum: cū nec vera electio[l] nec vera postulatō[m] resultet ex ipis qn sibi potius inuicē aduersentur[n] aut sub illis verbis: eligo i postulādū: vel postulo in eligēdū: cū rē imperfectam significare noscant: ad faciendas electiones vel postulatiōes decetero procedatur: si secus actū fuerit eoipso irritum[p] decernentes

℣ Sub ea etiā forma eligo ⁊ postulo ,put[q] potest melius de iure valere cū icertitudinē[r] contineat: quēq̄z postulari vl. eligi ,pbibem? statuentes: qō ꝛtra factū fuerit viribꝰ oio carere: nisi qñ ,pbabiliter[s] dubitaē vtrū qs sit[t] eligēdus vl potius postulādus quo casu is q sic postulatus fuerit ⁊ electus cōsensus[v] tpe viam electionis vl postulationis: ne i icerto[x] vageē: eligeē necessario[y] teneat: redeūdi adaliā[z] postq̄z vnaz elegerit sibi ĩnia penitus iterdicta[τ].

Rica De electioe ⁊ electi potestate.

I Pno. iiij. in conci. ge. lug.

¶ Primo dicitur ꝙ si aliquid apponat ꝛtra ,puisionē electionē vel postulationē factā ad psonatū dignitatē vel canoniā in psonam vel formam: ⁊ ob hoc fuerit appellatū ad papā: appellās ⁊ defēdēs ⁊ quorū itereſt a die obiectōis ifra mēsez. arripiāt iter eūdi ad papam. io. an.

Statuim[φ]: vt si qs[χ] electionē postulationē uel ,puisionem[a] prelationem vel societatem faternam canonice facta vocatio.

n ¶ Aduersentur. ⁊ sic repellende. lxxiiij. di. gesta. xxiiij. q. vij. quemadmodum. de appel. sollicitudinem. C. de fur. l. i.

o ¶ Decetero. licet ista constitutio sit iuris veteris declaratoria: puto tamē per verbū ꝗ papam precedentes electiones sic factas noluisse comprehendere: ⁊ potuit esse ratio qr omni cōi iudicio ante istam decre. hec forma bōa putabaē. vnde inijceretur laqueus ei qui cōi iudicio non peccauit: qō esse nō debz. ff. ad mace. se. con. l. iij. xxvij. q. i. de viduis. ⁊ facit de transla. inter cor. versus fi. ibi maiorum secutus errorem ⁊c. ⁊ bene etiaz facit. s. de diuor. gaudemus. i fi. ⁊ de cōse. eccle. vel al. aqua. in fi. vnde fin hoc ad id quod i fra sequitur: si secus actū fuerit ⁊c. repete decetero.

p ¶ Irritum. Iz igitur sequatur admissio vel confirmatio talis electionis vel postulatiōis: nō ,pterea ꝛualescit: quia a pnci pio nullum erat. s. de elec. vudum. ⁊. c. auditis. xvi. q. iiij. §. potest. ver. qō si ab initio. j. ō reg. iu. nō firmatur cū suis cōcor. ⁊ facit quod dicaz. j. ti. prori. quā sit in fi.

q ¶ Prout potest melius. hāc formam approbat glo. s. e. c. vl. ⁊ Jnno. s. co. c. i. Jo. an.

r ¶ Jncertitudinē. vota aūt incerta in electionibus ⁊ postulationibus reprobata sunt. j. ti. prori. c. ij.

s ¶ Probabiliter. in hoc igitur casu itelligatur illa opinio ber. ipse ēt sic itellexit: prout ex verbis suis satis apparet: ⁊ potest pōi exemplū qñ dubitatur an quis in psonatibus vel bñficiis cū cura assumendis attigerit. xxv. an. vel an assumēdus in epm pegerit. xx. annū. s. ō elec. cū in cunctis: vel dubitatur de monacho assumendo ad prelaturam eiusdem vel alterius ordinis: an sit expresse professus. j. ti. prori. nullus. Jn his enim ⁊ similibus casib? poterit eligi ⁊ postulari. prout melius de iure valere poterit: sic enim videmus ꝙ ratione dubij admittē libellus disiunctiuus. ff. quoꝝ legatorum. l. i. §. qui aūt. ⁊ quod hic dicit intelligo si dubitē in facto: si aūt dubitaretur ignorātia iuris: hic secus credo tñ qr pitiores ꝛsulere debuerūt: ⁊ qr iuris ignorātia nec ē ,pbabilis nec excusat. ff. de iur. ⁊ fac. igno. l. regula. j. de reg. iur. ignorātia. c. li. cū suis cōcor.

t ¶ Sit. s. sm hāc vltimā formā eligo ⁊ postulo ⁊ ,put melius pōt de iure valere ⁊ aduerte: qr nullaz de his formis credo in hoc casu pmissam: nisi vltimam hoc casu cū ,pbabiliter est dubium. tū qr in eo casu est sola icertitudo que admittitur cū ,pbabiliter dubitaē: vt. s. ,pbaui. in alijs aūt casibus insurgit ꝛfectas ⁊ res iperfecta: vt pz i ter. tū qr als nō video q̄re sic dimisisset istud. c. faciēdo ibi sub ea .§. ⁊ in prioi pte ponendo spāle ⁊ indeterminatū decretū. in scōa aūt cum determinatione: ⁊ facit de deci. ad audiētiā. ⁊ hoc ,pbo etiam per litteram que sequē postulatus ⁊ electus: qr ista sola vltima forma dicit postulo ⁊ eligo.

v ¶ Consensus tpe: quē infra mensem post pntationem sibi factam exhibere tenetur. j. ti. pri. quam sit. cum determinatione que ibi ponitur.

x ¶ Nec in icerto ꝛcor. ad hoc ⁊ ad id quod sequitur. j. ti. pri. vt qs duas.

y ¶ Necessario teneatur. si quid nō elegerit. dico totum viribus carere: vt. s. cuz enim ista fuerit pena superius imposita: nisi determinatio sequens fuerit obseruata patet ꝙ locum habet pena predicta.

z ¶ Ad aliam vitam.

τ ¶ Interdicta. sic. C. de fur. l. i. ff. de tribu. ꝙ in heredem. §. eligere. preiudiciales ergo sunt sibi adinuicem iste vie: alias enim electione vnius nō tolleretur altera. facit quod no. de libel. obla. c. ij.

Statuimus. Diuidit in tres ptes. scōa ibi: sed si. tertia ibi: adijciētes. Et ista tertia subdiuidit: qr duo facit. pmo punit obijciētes i formā. scōo illū qui obijcit in psonā ibi: qui vero. Et hec scōa ēt tria facē. pmo iponit penā. scōo aggrauat ibi. Ad q̄ ibi: nisi Jo. mo. diē ꝙ pmo pōit statutū qō scōo ,progat ibi. hec āt tertio iponit penā nō ,pbāti ibi: adijciētes. io. an.

φ ¶ Statuimus. tria ergo facit. primo ponit statutum. secundo penam cōtumacis in nō veniendo. tertio penam calūniosi.

χ ¶ Si qs. vel si qua. xvij. q. iiij. si suādēte. ⁊ de sen. ex. mulieres: saluo tñ eo qō dicit. j. eo. Idēnitatibus. §. porro. ⁊. §. se. ad hoc. j. eo. generali. Jo. an.

a ¶ Prouisionem factam. vel ex superioris officio: ⁊ ex negligentia subditoruz .s. eo. ti. ne p defectu. de ꝛces. preben. c. ij. vel suo iure: qr forte ad eū ptinet prouisio ⁊ prouidendo eligit ⁊ cōfirmat: quod dic vt no. de elec. cum iter canonicos

⁊ dirit hic Inno. ꝗ hec decre. locum habet añ ꝛfirmationē: post vero non: ⁊ hoc verum nisi eligendo ꝛfirmaret: puta per prouisionem: vt hic.

a ¶ Factam. quid de facienda dirit abbas hic ꝙ idem: cū vtrobiq; eadem sit rō: credo ꝙ si contra certam personā appellat: vera sit opinio predicta: alias non ⁊ hoc probatur. j. e. qui contra certam. nam quod ibi dicitur de decret. vt circa. j. eo. eadem ratione ĩtelligam ⁊ de ista.

b ¶ Impugnat. dirit hic Inno. ꝙ nullo se opponēte is ad quem pertinet confirmatio poterat confirmare nulla citatione facta ⁊ nullis edictis propositis ⁊ idem in consecratore et ordinatore: quod in conformatore verum erat secundum sua tempora hodie secus. j. eo. tit. .c. vl. tamen nullo se opponēte ipse habet inquirere de meritis eligentium ⁊ persona electi supplet enim in causis electionum de facto. quod dic vt no. xxviij. dist. priusq̃: ⁊. s̃. de ele. cum nobis olim. ⁊ de postula. pre. bone. i.

c ¶ Formam. s̃. eo. q: ꝓpter q̃dam tamē ibi contenta sunt de substantia: quedā vero nō vt ibi no. in glo. dic vt infra Ber. Jo. an.

d ¶ Personam. electi: idem si opponat in psonā eligentiū: vtrūq; enī electionē reddit inualidam. s̃. e. cū in cunctis. cum vintonē. cōgregato. ⁊ in pluribus alijs .c. ⁊. s̃. de consue. cū dilectus. fm Ber. olim cū ipse idem dr mutasse ⁊ dirisse cū Inno. ꝛium: maxime cum hic dicatur personaz in singulari. nec est bona ratio fm Inno. dicere vitium eligentium reddit electionē nullam ergo eadē pena tenentur: q: ⁊ vitium forme reddit nullā electionem: ⁊ tñ non est eadem pena que in persona: vt patet infra. dico tñ fm ipsum Inno. ꝙ licet nō sit idem q̃tum ad huius ꝛstōnis penam: tenetur tñ ire ⁊ appellatiōem prosequi: ⁊ pōt hec obiectio melius dici contra formam q̃ contra personam.

e ¶ Propter hoc. nota quia exprimi debent omnia ⁊ singula que opponūtur ⁊ iuramentum interuenire: ⁊ nō expresse prosequi nō poterit appellans: qō dic vt .j. eo. vt circa. ⁊ hec vera cum in his casibus extra iudicium appellatur. secus si in iudicio: vt. j. e. ti. constitutio.

f ¶ Ad nos. secus si ad alios fm Compost. ab. autem neutrum firmauit. Alij ꝛ. s. hosti. satis credo ꝙ decre. j. eo. cupientes. ⁊ per hoc verbū ꝙ hoc locū habeat solū ĩ appellationibus ĩterpositis ad papā cū a iure exorbitet ⁊ sic ad ꝛsequētiam trahi nō dz. j. de re. iu. que a iure cū suis cōcor. pbat de. e. ti. cām in pn.

g ¶ Appellari. et si nō appellet: sed ĩmediata subiectio confirmationes hax deducat ad papā: in regularib⁹ ⁊ cathedralib⁹ ecclesijs tene ꝙ hēs. j. e. cupientes.

h ¶ Opponit. sed nunqd illi qui se opponūt ⁊ nō appellāt venire tenētur. Respondeo illi soli venire tenentur qui appellant: vel quox noie appellatuz est: vel q: appellationem ratam habuerunt expresse: alij aūt qui solum se opponunt venire nō tenent: vident. n. suo iuri renūciare ⁊ electioni aquiescere. ff. qñ ap. sit. l. .i. §. solent. ff. de ap. scio. vnde illorum absentia non ob. procedet in negocio: tūc enim est appellandū: cum ordo decretum electionis interponat vt in p̄dicto. §. solēt. victoria tamē eox qui appellauerūt oibus proderit. C. si vnus ex pluribus .l. i. s̃. de ap. tua cum si. quid si ille qui appellauit dolose nō prosequt: nunqd q nō appellauit potest negocū assumere etiā ĩuito eo qui ex fide nō prosequit. videtur ꝙ sic. ff. de ap. l. ab executore. §. alio ꝛdemnato Ber. ⁊ Inno. facit ad hoc vlt. j. e. li. de ap. concertationi.

i ¶ Qui defendit. s. electus postulatus: vel in cuius psona facta est puisio.

k ¶ Contingit. sicut adherentes. j. e. vt circa.

l ¶ Per se vel per pcu. ĩ cathedralibus ⁊ regularibus ecclesijs h restrīgitur per decre. j. eo. cupientes. vt per se tātum ire teneātur: nisi ex iusta cā vt ibi: ⁊ etiā de personis instructis dic vt ibi.

m ¶ Iter arripiāt. statuitur hic ⁊. j. e. cupiētes. termin⁹ ad iter arripiēdu; sic. s̃. de ap. ad hoc. ⁊. c. personas. ⁊ de re iudi. cum causas. Ber.

n ¶ Infra mensez. q currit ab ĩterpositiōe appellatiōis facta coram appellato vl ipsius speciali procuratore ad causam: vel post notificatioez alteri eorum debito modo factā: quod dic vt in cle. e. ti. causam que determinat hic ⁊ alibi scripta: vt ibi no. in glo. quid ergo.

¶ Sed si. Si pars altera expectata per. xx. dies post aduētum alterius nō venerit in negocio pcedat. h. d. secūdo vsq; ad. §. adijciētes. Jo. an.

o ¶ Alia. opponēs vel defendens. Jo. an.

p ¶ Per. xx. dies vel similis dilatio temporis. s̃. de ꝛsue. c. vlti. s̃. de fal. duns. s̃. de cle. er. mi. illud.

q ¶ Post aduentum. equior tpis cōputatio est illa quam habes. j. eo. cupiētes .§. ꝙ si per. sed nō est mirum: cum ibi pena priuatiōis imponat: hic aūt pena solus processus est absentia.

r ¶ Electionis. postulatiōis vel prouisionis.

s ¶ Cuiusquā. predictoruz.

t ¶ Absentia. vbi. n. agitur de spūali mr̃imonio ꝛbēdo abſitia contumacis partis nō obest: vt hic ⁊. s̃. eo. dudum. i. ⁊ idem in carnali et ꝛtractu. s̃. vt lit. ñ ꝛte. accedēs. ij. ⁊. c. qñ. §. porro. ⁊ citata est hic pars ĩterpretatiue. ad idē. s̃. de app. sepe. terminus enim p̄firus loco peremptorie citatiōis habet: vt ibi ber. ⁊ qō dicit abſitia: intelligas qficiq; ꝛtingēte: siue ab initio: q: nō venit: siue ex post fō: q: venit ⁊ ꝛtumaciter recessit. s̃. de iu. c. i. ri. q. iij. certū. ⁊. j. de eo qui mit. in pos. cū qui. s̃. vt lit. nō cōte. qñ. §. porro. ⁊. §. qō si forsan. ⁊ vt dirit Inno. si processum fuerit ad aliquod de illis ad qō nō pcedit lit. non cōtes. puta ad receptionem testiū. vel hmōi si postea veniat ⁊ libellum petat vel lit. ꝛte. fieri audiendus nō est. fecit. n. eiꝰ ꝛtumacia ꝙ lis habeat p ꝛtestata. Itē si pcuratori postmodum obijcitur ꝙ non sit procurator nō est postea cogendus probare mandatuz rōne p̄dicta. ff. de pcur. pomponi⁹. §. rati. alij dicūt: ⁊ vt securius fz Inno. qō lz de his que egit añ aduētū ptis nō sit cogēdus pbare mandatum: tñ iudex vlterius nō admittet eum pcuratorio noie agentē nisi mandatum pbet: tñ fm eū cuz hoc videatur esse de quadam equitate non scripta. arg. predicte. l. pomponius. satis vt ꝙ si in remotis partibus ageretur cā nec ō facili posset pbari procuratio q: forte amissa est: ꝙ tunc nō pbata procuratione procederet iudex vsq; ad finē cause: h oia vera dici possent ad partis petitionez credo tñ ne iudex laboret in vanum ꝙ pcuratorem cōpellere poterit exhibere mandatum: vel cauere si dubitatur. ar. s̃. ō procurato. c. i. ⁊ de iudi. causam.

u ¶ Sicut de iure. de iure aūt ē vt distinguat an appellans sit pñs: an appellatus fm formam decre. j. de ap. cordi. fm Inno.

x ¶ Dignitatibus. hic equiparant hec tria dignitas: psonat⁹ ⁊ canonia. Alibi equiparātur dignitās psonatus: ⁊ beneficiū cuz cura aiarum. s̃. de fi. presby. nimis. Alibi psonatus ⁊ beneficiū curā habens. s̃. eo. ti. duduz .ij. Alibi psonatus ⁊ ordo p̄sbyteralis. s̃. ne de. vel mo. sup specula. §. q: vero. in dignitatib⁹ tñ cathedraliū vel regulariū ecclesiax quarū ꝛfirmatio vel ex ĩmediata subiectione vel ex appellatione ad papam spectat: tene quod habes. j. e. cupientes.

¶ Adiicientes. Non pbās quod in formam opponit cōdēnatur parti alteri in expensis. nō pbās qō obijcit in psona vt est a bñficijs triennio suspensus ⁊ ppetuo p̄uatus si se interim ad illa miscuerit he pene locum nō bñt si legitime pateat eū calūniosum nō fuisse. b. d. vsq; ad fi. Jo. an.

y ¶ Plene. no. q: non sufficit semiplena pbatio: rō q: perit ius alterius: ⁊ sic nō ob. de pcur. ex insinuatiōe cum si. ⁊ dic plene ⁊ legitime: ⁊ modos pbādi habes. s̃. de resti. spo. cū ad sedem in fi.

z ¶ Docuerit. taratione ⁊ iuramento premissis: qō dic vt not. s̃. qō me. cau. c. vl. de hmōi expensis dic vt no. de do. ⁊ ꝛtu. finē. ⁊. ij. q. i. ĩ p̄mis. ⁊ adde qō habes. j. de ap. cū appellationibus. ⁊ bene diri taratione ⁊ iuramento: q: taratio iuramētum sequi nō pōt: nec obstat. ff. de in lite iuran. .l. videamus. §. iurare. q: loquit de iuramēto in litē: quod est de affectione vnde illud bene potest sequi taratio: q: nullū fit verecundia iuranti: qa poterat ex affectu estimare. c. rem. que nō valebat quinquaginta: pone exemplum in libro tuo: sed hic loquimur de iuramento quod est de veritate vñ si postquam iurauit se. c. expendisse ō mādato iudicis fieret taratio in iuria ⁊ verecūdia esset iuranti. Jo. an.

a ¶ Defecerit. hanc penā incurret nō simpliciter appellans. sed qui pbādo onus assumpserit: q: licitū est ab appellatione recedere. ij. q. vi. si quis libellos. ⁊. l. appellatione cessante. ff. de in ius vo. l. q̃uis. ⁊ sic recedendo euadet hanc penā. Sed nunqd hoc casu appellans qui nō venit saltē appellato in expensis ꝛdēnabitur legitime cōparenti. vt ꝙ sic. C. de accu. q crimen. nec enim in preiudicium alterius potuit mutare consilium. j. de reg. iur. mutare cum suis cōcor. Et ꝛ̄ videtur: q: nō interest appellati. iaz .n. in absentia eius pcedi pōt acsi presens esset: ⁊ est si. quod no. s̃. de do. ⁊ cōtu. c. vlt. ad hoc facit. ff. de arbi. l. arbiter qui. ⁊. ff. de pe. sanctio legū. So. dic eū teneri ad expensas nec ob. quod dr: ꝙ non interest appellati. q: immo interest q: multa potuisset per cōfessionē eius si pñs fuisset hē. nec ob. l. sanctio. q: condēnatio expensarum nō imponitur sicut pena: sed tanq̃ interesse appellanti fm compost.

x ¶ Defecerit. intelligo fm Compo. hanc penā locū hēre siue crimen aliqō obiectū fuerit siue defectus: cū generaliter loquat ⁊ plura qs obiecit euitat hāc penam: si vnū solum pbat qō ad cassationē sufficiat. s̃. de rescrip. inter cetera. Itē q: penā hāc patit ercipiēs p̄ter ius cōe de ac. sup bis. item pdita ē in illox odiū q ordinationē ĩpediūt: fz ex quo vnū pbauit: patet ꝙ nō fuit ĩ fraudē. ꝛ ¶ Bñficijs. q ĩ illa ecclia obtinet: vt. j. e. si cōpromissarius in fi. x ¶ Quc. bñficia. a ¶ Tp̄s. trium annox.

b ¶ Temeritate. secus enim si auctoritate superioris: vel si restitutus fuisset. C. de senten. pas. ⁊ re. l. i. ij. q. iij. §. notandum.

c ¶ Priuatus. nunqd ille ad quē collatio pinet statim possit illa conferre vt dicam. j. e. cōmissa. d ¶ Spem. nec enim sub spe venie de

bet quis peccare. vt. s. de cle. er. mi. illud. de cõse. di. iiij. qñ quis.

a ¶ Manifestissimis. ii. q. viij. sciant. C. de proba. sciant.

b ¶ Calũnie. no. in excipiẽdo: accusando ⁊ denũciãdo quem calũniari: de accusa. super his. ij. q. iij. q nõ probauerit. ⁊. q. viij. q crimen. ⁊ ꝯ calum. cum vilectus. Jo. an.

c ¶ Sufficiẽs. defecerũt testes q testificari promisserãt probauerã illũ excõicatum: q nũ clanculo se prius absolui fecerat ab hoc. ii. q. iij. paulũ. ꝯ deri. er. mi. ppositum ⁊ no. q ĩ cã appellatõis ñ ldistincte ꝯdẽnatur victꝰ quod dic vt diri. j. ꝯ regu. iur. ignorantia.

d ¶ Si electiõibus Duo facit quia p mo tria in tribus reprobat. scõ ibi statuẽtes ꝯ darat ⁊ punit do.

e ¶ Scrutinijs. scrutiniũ multis modis dr. s. earbacismi. de maio. ⁊ obe. his que. ⁊ de capel. mona. vilectus. ⁊ de illis loquũtur canones ꝯ conse. vi. iiij. añ baptismũ ⁊. c. se. Jtẽ dr illoꝝ qui ad ordĩes vel dignitates promonentur examinatio. s. de scruti. c. vno. Jtem dicitur inqsitio voluntatuz que fit secreto in electiõibus facẽdis. s. eo. q pp. ⁊ sic sumitur hic.

f ¶ Ex qbus. s. scrutinijs ⁊ intellige publice. s. eo. publicato.

g ¶ Drit. saluo eo qꝯ habes. j. eo. perpetuo.

h ¶ Eligẽdi. vel postulandi. s. eo. ti. scriptum

i ¶ Cõditionalia. i. sub cõditiõe plata. hoc modo consentio. in. A. ⁊ si noluerit ꝯsentio in. B. vel ꝯsentio in. A. si nouit iura vt si habuit maiorem partem capituli: vel si decanus in eum consenserit.

k ¶ Alternatiua. eligo. A. vel. B. cardinales: tñ interdũm sub his formis ꝯditionalibꝰ ⁊ alternatiuis eligũt: ⁊ p has formas veniunt ad duas ptes vt dicũt moderni: ⁊ sit in eis spãle sicut ⁊ reliq. s. eo. lz. ⁊. j. c. prori.

l ¶ Jncerta. eligo illũ quẽ archidiaconus eliget. oia talia vota nõ valent: qꝛ certũ consensuz nõ exp̃munt: ⁊ iõ merito reprobanꝯ lz oluz admitterenꝯ vt colligitur ⁊ no. lxi. di. studij. lxxv. di. archidiaconuz. sed ex illis. c. illõ nõ colligitur ⁊ sic ẽt posset intelligi. s. e. ti. cuz terra: no. ergo q hi sunt legitimi actus qui cõditionẽ nõ recipiũt. ff. de re. iur. actus legitimi. ⁊. j. ꝯ re. iur. actus. vbi de hoc: certa enim debet esse psona eligenda sicut inder arbiter tutor ⁊ procurator. s. de rescrip. ad hõc. s. de arbi. innotuit. ff. de testa. tu. l. tutor incertus. ff. de procu. l. ii. de procuratore tñ dic: vt. j. ꝯ p cu. c. i. Sed nunqd qꝯ hic dr de postulatione ⁊ electiõe habeat locum in collatione seu prouisione. dic q sic fm Compost. ⁊ pp eandem rõnẽ nisi sit talis conditio que insit de sui natura: puta confero tibi talem prebẽdã vel talem ecclesiam si vacat vel si capar es. talia enim nõ faciũt actũ cõditionalẽ: vt si dicat do titiuz tutorẽ si satisfecerit: vel titio lego. x. si hereditatem adeat heres. ff. de tu. ⁊ cu. muto. §. i. de prebẽ. significatũ. vnde ⁊ papa ⁊ eius executores tota die ꝯferunt p̃bendas cum ꝯditiõe si vacãt: sed in hoc qꝯ dicit. Cõpo. q valeat electio facta si vacat: ꝯrium posset dici: cum tp̃s eligendi non currat ignoranti: de concess. preben. qꝛ diuersitatem: non ergo dz eligere priusqz sciat vacare. Nec ob. quod dr de tutore dato si satisfecerit: ⁊ legato relicto si adierit: qꝛ ille sunt de futuro ⁊ ĩsunt alias: quare non eadem rõne valeret consentio in illum in quẽ maior ⁊ sanior pars ⁊c. cum hoc ẽt videat ineſſe. s. e. qꝛ pp. nam ⁊ video q conditio que inest si exp̃mat: facit legatum ꝯditiõale. ff. de leg. i. l. si ita legatũ sit. §. i. ⁊ de hoc vide quod dicit. j. de spon. c. vno in vltima glo. Jo. An. Adde ergo q cõditio que de sui natura inest non facit ꝯctum cõditionalẽ vt no. viij. q. iij. in summa ⁊ no. de elec. significasti in. ij. glo. ⁊ de seruis non oꝛ. eo libentius in glo. ij. ⁊ de resti. spo. olim el. i. in glo. ij. Contrariuz no. H in ista glo. So. si apponit ⁊ exp̃mat nihilominꝰ facit ꝯctuz cõditionalem. Sed si non exp̃mat sed relinquitur dispositioni iuris sic disponẽtis ⁊ petitur sic fieri nõ censet ꝯditiõalis dato q̃ ius sub ꝯditione disponat ad hoc qꝯ no. de spon. c. vno in glo. ff. j. e. li. hiero. darius. Brix.

m ¶ Residente. qꝛ si ex. rij. canonicis. iiij. sic eligant: potestas eligendi sic remanet apud reliquos. viij. ac si ipsi. iiij. de capitulo non essent: ita q valebit electio facta ab illis. viij. vel maiori parte ipsoꝝ. Et no. q lz pena decre. cũ l cũctis nõ habeat locũ nisi electione secuta: vt. j. e. ti. perpetuo. Jsta ẽt añ electionẽ locũ hẽat cũ dicat scrutinijs. vñ ẽt si nõ sit ad electionẽ pcessuz: dũmõ in scrutinium fuerit votũ tale depositũ incurrit deponens hãc penam ex ipso ꝯsensu: cũ nõ dicat voce illoꝝ qui elegerint: sed voce illorum qui consenserint.

m ¶ Residente. alias recidente alias residente.

Si manifestissimis[a] constiterit documentis: q ipz a calũnie[b] vitio cã p babilis ⁊ sufficiens[c] excusaret.

Item.

¶ Vota conditionalia ⁊ alternatiua ⁊ incerta electiõib[d] reprobantur ⁊ hãtur p ñ hãtis: ⁊ recidũt i pure consentientes. Jo. an.

In electiouib[e] ⁊ postulationib[f] ac scrutinijs[g] ex quibus[h] ius orit[i] eligendi[k] vota conditionalia[l] alternatiua[m] vel icerta[n] penit[o] fpro bamus. ¶ Statuẽtes vt huiusmodi votis pro nõ adiectis habitis ex puris ꝯsensib[p] celebret electio voce illorũ qui nõ pure ꝯsenserint: ea vice in alios residente[m].

¶ Rego. x. i generali ꝯci. lugdu.

¶ Primo ponit cã ꝯstõnis ⁊ iuris veteris conseruatio. Scõ quõ habet fieri romani pontificis electio qñ morit in ciuitate in qua cum sua curia residebat. Tertio quid iuris qñ morit extra ciuitatem in qua erat curia. Quarto dat executores huic iuri cũ penis. Quinto obtestatur cardinales: vt in electione romani pontificis deponãt omnẽ priuatũ affectuz ⁊ cassat oia pacta obligationes ⁊ iuramenta q̃ data vel facta essent de aliquo eligẽdo. Sexto monet oes fideles. vt statim audita summi põtificis morte eius celebrent exequias: ⁊ quotidie orent p vigili cõcordi ⁊ vtili puisiõe romane ecclesie: prelati aũt in suis p̃cationibus ipsos subditos ad hoc hortent: ⁊ eis frequentiã oronuz ⁊ obseruantiam ieiuniorum indicãt hoc dicit in summa. Jo. an.

Vbi periculum maius itendi tur ibi, pculdubio ẽ pleni[n] cõsulẽdũ[o]: quã grauib[q] ãt sit honesta dispendijs: quot ⁊ quantis sit plẽa periculis ecclesie. ro. prolixa vacatio exacti[p] consideratio temporis edocet: ⁊ cõsiderata prudẽter illi[q] tpis discrimina manifestant[q]. Nic nos euidens euocat rõ: ut dũ reformãdis etiam minorib[r] nr̃a solerter[s] vacat intẽtio: ea que periculosi ora[t] sunt nequaquã absqz remedio reformationis accõmode[v] relinq̃mus: ideoqz oia que p vitanda discordia in electione romani pontificis a nr̃o retro sunt p̃decessorib[x] precipue a felicis recordationis alexãdro[y] papa tertio salubriter instituta: oino immota in sua firmitate manere censentes: nihil enim ꝯtrahere illis itendimus: sed qꝯ experientia[z] ꝯesse probauit p̃nti ꝯstõne supplere hoc sacro ꝯcilio[τ] approbante statuimus: vt si eũdem pontificem in ciuitate[φ] in qua cũ sua curia residebat diẽ claudere ꝯtingat extremũ: cardinales qui fuerint in ciuitate ipsa p̃ntes absẽtes expectare decem diebus[ϗ] tantummodo teneãtur: quibus elapsis siue absen-

n ¶ Plenius. als penitus.

o ¶ Consulendum. xlij. di. gescamus. vij. q. ij. ca. vlti. ff. ad car. l. i. §. i. vel. iij.

p ¶ Exacti. i. retroacti vl trãsacti: sic puidet hic ex p̃teritis circa futura: de hoc vide. xliiij. dis. multi. xxxiiij. q. ij. cũ p bellicam. s. de presump. scribã. ⁊ facit. de procu. c. i. de ser. nõ oꝛ. c. i.

q ¶ Manifestant. ad idẽ. j. eo. fundamenta. Jo. an.

r ¶ Minoribus. s. inferioruz ecclesiarum vacationibus. l. di. postq̃. ꝯ elec. ne p defectu. ⁊. c. se. ⁊. j. per totum. ⁊. xxi. q. v. c. ij.

s ¶ Solerter. alias solerter alias faciliter.

t ¶ Periculosiora. sicut est romane ecclesie vacatio: ⁊ est si. j. de immu. ec. qm̃

u ¶ Accõmode. i. multum commode.

x ¶ Predecessoribus. xxiii. di. c. i. lxxix. di. per totum.

y ¶ Alexandro. s. e. licet. de vitanda. Jo. an.

z ¶ Experientia. sic. s. e. li. de rescrip. statutũ. ⁊. j. e. ti. q̃ sit.

τ ¶ Cõcilio. generali. s. ⁊ edicto lugd. sumit tñ ista ꝯstõ potius vigorem ex renouatione celestini quinti ⁊ hac approbatione ⁊ cõseruatione bonifacij q̃ ex prima ꝯstõne Gregorij. ex eo qꝛ reuocata fuerat per dñm adrianuz ⁊ per dñm Jo. xxi. papam. ⁊ pro reuocata habebat: nec olim inter gregorianas legebat: ⁊ certe cuz ꝯstõ ista tñ vtilis approbatione tanti concilij fuerit edita: nõ equũ fuit q absqz requisitione cõcilij reuocata fuerat. s. de reg. iur. c. i. de plenitudine tamẽ potestatis id facere potuerat: cum sit papa super oia concilia. j. e. significasti.

φ ¶ Ciuitate. ciuitas murorum ambitu terminat. j. de sen. ex. si ciuitas Jo. an.

ϗ ¶ Decem diebus. no. q ꝯstitutio ista nõ iubet eos citari: sed tantum expectari ⁊ sic speciale in electione summi pontificis: cũ in alijs absentes de prouincia sint vocandi. s. eo. corã. vel saltẽ fm q est consuetudo: vt ibi no. ⁊. vii. q. i. factus: ⁊ si cõsuetudo esset nõ vocarenꝯ. j. de preben. cum in ecclesijs. Si aũt queraꝯ que sit p̃uincia romana: dic vt. s. de offi. vi. sua. sed pone cardinales quidã sunt absentes ⁊ ita remoti quod nullo modo possent venire infra decem dies ad locum vbi dz electio celebrari. nunquid poterũt p̃ntes statiz ad electionẽ procedere: vel ante lapsum hoꝝ decem dierũ. ⁊ videt q sic. ff. ad velleia. l. aliqñ. §. fi. maxime pp periculũ more: vt. s. sed cũ hic simpliciter dicaꝯ q expectari debent p decẽ dies simpliciter intelligendũ est fm Guil. ff. de aleato. l. i. §. qꝯ vero. ⁊. s. ꝯ pui. qꝛ circa. possent enim absentes vti faciliꝯ duplomate. ff. de ver. ob. ꝯtinuus. §. cũ ita circa finem. vnde ante decẽdũ procedere nõ dñt ⁊ forte audientes de infirmitate pape vel alia cã venire cerp ant ante mortẽ. ita q infra decem dies a morte

erunt in loco: ⁊ beneficiū iuris nemini est auferendū. xxviij. di. de his. j. de reg. iur. indultum. ⁊ facit optime infra eo cōmissa. i. rñ. cū suis ꝯcor. Sed pone aliquis cardinalis nō debito tpe expectatus vult agere de cōtemptu: queritur vtrū possit. Dic q̄ si electio facta fuit ab oībus religs vel a duabus partibus eo non cōputato nulla obstat exceptio ⁊ sic nec actio. s. c. lz. ⁊. ff. de supfi. l. i. §. ait ī fi. §.

a ¶ Omnes. pñtes. ēt si essent pauciores q̄ tertia pars p hāc constitutionem.

b ¶ Habitabat. si. ff. ō iu. si loc⁹ ff. ō arbi. si cū dies. §. si arbit.

c ¶ Necessitas. vt forte q̄ podagras patit. ita q̄ necesse hz per seruiētes sustineri ⁊ portari vel alias similis causa.

d ¶ Arbitrio. vt possit haberi vel vult clericos. vel vult laicos: vel alterum clericum: vel alterum laicum.

e ¶ Conclaue. ad idez. xii. q. i. c. i. de sta. re. c. i. ff. de dam. ī fec. l. qui conclaue.

f ¶ Velamīe. vt puta sestorijs vel cortinis.

g ¶ Aditu. xviii. q. ij. diffinitit.

h ¶ Secrete. lxxxi. di. clericus. xviij. q. ij. in decima.

i ¶ Instātis. puta aduocati vt iuris perit vel religiosi viri uel tabellionis.

k ¶ Incurrat. no. canonez late snie alīū habes. s. co. c. §. qō si alios hmōi iuris noui notaui. j. de sen. ex. cos. ⁊ cū nō reseruauerit sibi absolutionē. dicamus q̄ ordinari⁹ absoluere poterit: vt dicā. j. c. sciant cuncti.

l ¶ Cōpetēs. ita q̄ null⁹ itrare p eā possit vel exire. vt. s. ⁊. j.

m ¶ Quibus. s. quq̄z diebus.

n ¶ Camera. sic ⁊ ī clericis collegiatarū cathedraliū vel regulariū ecclesiarū. j. c. q: sepe ⁊ fuit hoc statutum: q: forte ꝓpter hec habenda essent in prouidēdo tardiores. Jo. an.

o ¶ Cōmissa. per papaz cuius morte nō expirat officiuz camerariⁿ. vt in cle. c. ti. ne romani. §. eo tamen.

p ¶ Reseruāda. sic. j. eo. q: sepe. ⁊ de offi. or. presenti.

q ¶ Intromittāt. si. j. de bk. accusat⁹. §. sane. ⁊. §. se. In collegiū cardinaliū se. va. papali ptāte vti possit. dicā. j. ō scisma. c. i. ad fi. ⁊ est expeditū hodie q̄ nō nisi quātū hic ꝯcedit: vel nisi circa substitutionē camerarij vel pñiariorū deficiētiū: qō dic vt in cle. eo. ti. ne romani. vbi determinat hanc ꝯstitutionē vel eius ptez tūc p collegiū alterari nō posse. Jo. an.

r ¶ Singulis. lz alias dicet cōsueuerint⁹: qō fit a maiori ptedici factū fuisse ⁊ ꝯcorditer. lvi. di. apostolica ⁊ de ele. cū inter canonicos ⁊. ff. ad mu. qō maior. nisi minor ps iustā cāz ꝯdictionis ostendat ō his que fi. a ma. par. ca. c. i. tū p hāc litterā que hoc ꝶ exprimit vico omnes eē debere concordes.

s ¶ Celeriter. s. suspēso electionis negocio. ⁊ no. q̄ desiderat celeritas de ꝶ diuī. c. vl. Jo.

t ¶ Infirmitatis. alia ergo necessitas non excusat.

u ¶ Exire. si aūt oēs exierint simul vel successiue: dic vt ī cle. eo. ti. ne romani. §. porro.

tes venerint siue non: ex tunc oēs[a] ꝯueniant in palatio in quo idez pōtifex habitabat[b] cōtēti singuli singulis tantummodo seruientib⁹ clericis vel laicis prout duxerint eligendum illis tamen quibus patens necessitas[c] id suggerit in dulgeri duos habere permittimus eisdem electionis arbitrio[d] reseruato.

¶ In eodem autem palatio vnū conclaue[e] nullo intermedio pariete seu alio velamine[f] omnes inhabitent in cōmuni: q⁹ reseruato libero ad secretaz cameraz aditu[g] ita claudatur vndiqz: vt nullus illud intrare valeat vel exire. ¶ Nulli ad eosdem cardinales aditus pateat vel facultas secrete[h] loquendi cum eis nec ipsi aliquos ad se veniētes admittāt: nisi eos qui de voluntate oīum cardinalium inibi presentium p⁹ his tātū que ad electōis instātis[i] negocium ptinēt vocarent. ¶ Nulli etiā fas sit ipīs cardinalib⁹ uel eoꝝ alicui nūciū mittere: vl scripturam. Qui vō cōtra fecerit scripturam mittendo vel nunciuz aut cū aliquo ipōrum secrete loquēdo ipso facto sniam excōicationis incurrat[k]. ¶ In ꝯclaui tū pdicto aliq̄ fenestra ꝯpetēs dimittat p q̄z eisdē cardinalibus ad victum cōmode necessaria ministrentur: sed p eam nulli ad ipsos patere possit ingressus: verum si quod absit infra tres dies postq̄z vt predicitur ꝯclaue p fatum ijdem cardinales intrauerit non fuerit ipsi ecclesie de pastore, puisum p spaciū qnqz dierū imediate sequentiū singulis dieb⁹ tāī prādio q̄z in cena vno solo ferculo sint ꝯtēti quib⁹[m], puisione nō facta decursis: ex tūc tātūmodo pāis vinū ⁊ aqua ministrētur eisdē: donec eadem prouisio subseqtur. ¶ Porro uisionis quoqz huiusmodi pēdente negocio dicti cardinales nihil ō camera[n] pape recipiant nec ō alijs eidē ecclesie tempore vacatōis obuenientibus vndecūqz: sed ea oia ipsa vacatione durāte sub eius cuius fidei ⁊ diligentie camera eadez est cōmissa[o] custodia maneāt p eū dispositioni futuri pontificis reseruanda[p]. Qui autē aliqd receperit teneātur extūc a receptione quorūlibet redditū ad eos spectātiuz abstinere donec de receptis taliter plenariaz satisfactionem impendant. ¶ Idē quoqz cardinales accelerā de, puisioni sic uacēt attentius q⁹ se nequaq̄z de alio negocio intromittant[q] nisi forsan necessitas adeo vrgens incideret: qō eos oporteret

ō terra ipsi⁹ eccl'ie ōfendēda ul' ei⁹ parte aliqua, puidere vl' nisi aliqō tam grande ⁊ tam euidens piculū imineret: q⁹ omnibus ⁊ singulis[r] cardinalib⁹ presentibus concorditer videret illi celeriter[s] occurendū. ¶ Sane si aliquis ex predictis cardinalib⁹ ꝯclaue predictū ut supra exprimitur nō itrauerit aut intrās absqz manifesta causa infirmitatis[t] exierit ipso minime reqsito nec in eiusdez electiōis negocio vlterius admittēdo per alios ad eligendū substituēduz pontificem libere, pcedat. ¶ Si vō ifirmitate superueniēte idez ꝯclaue ex eis alquez exire[v] ꝯtingat ipsa ēt ifirmitate durāte poterit eis suffragio nō reqsito procedi: sz si ad alios p⁹ sanitatem[x] sibi redditā seu ante redire uoluerit: ul' ēt si alij abntes q̄s p decē dies durim⁹ expectādos supuenerint re itegra: videlz[x] aīq̄z ei dē ecclesie sit ō pastore, puisuz ī codez negocio in illo statu ī quo ipm iuenerit[y] admittātur premissa tam de clausura q̄z de seruiētibus cibo ac potu[z] ⁊ reliqs cū alijs seruaturi ¶ Porro si qñ romanū pōtificē extra ciuitatem pdictam ī qua erat cū sua curia[a] ffidēs ꝯtigerit ab hac luce migrare: teneātur cardinales ī ciuitate in cui⁹ territorio[b] seu districtu idē pontifex obiit cōuenire nisi sit forsitan iterdicā[c] uel cōtra ecclesiam romanā ī aperta rebellioē psistat quo casu in alia viciniori cōueniāt que simiiliter nec iterdicto subiacet: nec sit vrp dicitur apte rebellis. ¶ In hac ēt ciuitate tā quo ad expectatōez absentiū q̄z quo ad habitatōnem cōem clausurā ⁊ cetera omnia ī domo episcopali: uel alia qualibet eisdez cardinalib⁹ ōputāda eadē obseruētur q̄ superi⁹ obeū te dicto pontifice in ea in q̄ cuz sua curia residebat fūt exp̄ssa. ¶ Porro terea q: parū est iura cōdere nisi sit q̄ eadē tueatur[d]: adiicēdo sancim⁹ vt domin⁹ alijqz rectores ⁊ officiales ciuitatis illi⁹ ī qua romani pōtificis electio fuerit celebranda[e]: auctoritate nfa ⁊ eiusdē approbatioē consilij potestate sibi tradita: pmissa oia ⁊ singula plene ac inuiolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciāt obsuari: nec cardinales vltra q̄z premittitur artare presumant[f].

¶ Sup his tal' āt obseruādis statī audito summi pō. obitu corā clero ⁊ populo uniuerso ciuitatis ipīs ad ꝶ spāliter cōuocandis prestent corporaliter[g] iuramētū. ¶ Quod si premissa diligēter nō obseruaue

p ¶ Sanitatem. qd si cardinalis pp infirmitatē nolēs inclusus stare renūciet voci sue nūqd valeat renūciatio: ⁊ nūquid rediens admittit. host. cui hoc de facto cōtingit: plene notauit hāc qōnem. s. de renū. nisi cū pridez. §. pp malitiā. dicens finaliter q̄ penitēs ⁊ rediens admittēdus est: ō his aūt que medio tpe facta sunt ꝯqueri nō poterit: ⁊ hec qō satis hic determinatur per sequentia.

y ¶ Videlz. viō mirabilez expositionez hui⁹ verbi re integra al' exponit. s. c. in causis vbi de h.

z ¶ Inuenerit. si. j. vt lite pen. c. ii. in fi.

a ¶ Porro. pone cardinalis abñs venit p⁹ diē octauuz a die inclusure ita q̄ cardinales inclusi tūc ñ hēbāt nisi panē vinū ⁊ aquā. vt dictū ē. s. nūqd iste supueniēs statiz ꝯpellit suscipere eorū vitā ⁊ vt q̄ nō: q: ñ fuit ī cl'pa. s. de ꝯsti. c. ij. dic secus p hāc l'faz: ⁊ p illā supiorem in eo statu ⁊c. ad hoc de sta. regu. recolētes ⁊ sepe sine culpa qs punit ex cā q̄ dic vt. j. de re. iu. sine culpa.

b ¶ Curia. ⁊ erat ordinatum de ipa curia transferēda: als si in pmo loco remāsisset audiētia l'farū ⁊ cāruz. lz suspēsa ibi celebraret electio vt ī cōsti. eo. ti. cle. ne romani. §. sane in fi.

c ¶ Territorio. siue districtu. qd sit territoriuz diri. s. de ꝯsti. c. ii. quo adhūc casum ponit pro diocesi. vt in cle. c. ti. ne romani. §. sane. ⁊ p hāc l'fam puto q̄ si moriat in mari cardīales debeant conuenire in ciuitate p quā loc⁹ ille maris distringitur. ad hoc. ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territoriū. ff. de indi. insule italie ⁊ si non distrīgat p aliquā ciuitatē: dicerē in viciniori id faciēdū: ad hoc. s. de cōsue. cū oliz. ff. de ver. si. notidez. §. i. ad h. j. §. i. ibi in alia viciniori. ⁊c.

a ¶ Interdicta. no. q̄ in loco interdcō nō pōt electio celebrari nisi velis dicere hoc spāle in electōne romani pontificis et posito ēt q̄ ī tali loco celebretur: nihilominⁿ valet: q: nulla exceptio admittit vt. s. diri.

b ¶ Tueat. vt. ff. ō orī. iur. l. ij. §. post dōginez ⁊. j. de sta. regu. c. vno. §. ⁊ quoniam.

c ¶ Celebrāda. sz distinctionē superius factaz.

d ¶ Presumāt: q: tūc ēnt excōicati: sic ⁊ in se defendendo modū excedens qō dic: ut. s. de resti. spo. olizī fi. Et not. casum in quo laicus auctoritate canonis ptātez hz in clericuz: ꝯ id. xxvi. di. bñ qdē ō sē. ex. si ōo.

e ¶ Corpaliter. vide qō no. j. c. proxi. Jo. an.

a ¶ Pateant. s. de excess. pla. inter dilectos. j. de reg. iu. infamibus.
b ¶ Priuatos. sic. j. e. fundamēta. §. quod si secus. s. de preben. in quibusdam. ⁊. j. eo. ti. felicis.
c ¶ Contradictione: pscribi tñ possunt qd dic vt. j. de pscrip. c. ii.
d ¶ Predicta. in q̄ fm supiorē distinctionē erat electio facienda. Jo. an.
e ¶ Priuata. sic. j. de pen. felicis in fi. ⁊. xxv. .q. ij. ita nos.
f ¶ Captiuat. i. q̄si captiuatum facit ⁊ tenet.
g ¶ Certum. puta talez eligendum. Jo. an.
h ¶ Electio. que libera ds esse: cū ex consensu p cedat. ad idem de sponsum locum.
i ¶ Sua sunt. de censu. cum apostolus.
k ¶ Possibilitas. q: vltra posse nemo. xxij. q. .ij. facit. j. de regu. iur. nemo. s. de pac. c. vlti.
l ¶ Idoneo. tenentur ergo cardinales idoneum eligere: licz dicamus q̄ nulla exceptio admittit p electuz a duabus partibus. s. e. licz. Quid ergo si laicum illiteratum vroratū eligant? de hoc vid. lxxii. disti. si quis pecunia.
m ¶ Diuine. ad hoc. j. eo. cōmissa in fi.
n ¶ Graui. fuit ē graues offensa. xxiij. q. i. ñ afferamus.
o ¶ Carere. cōcor. j. de offi. ordi. q: pleriqz.
p ¶ Duāna. C. d nup. auē. q̄ eis. ff. de obse. l. nullum. ff. de lega. i. si quis inquilinus. ff. de pac. iur. gentium. §. generaliter. Jo. an.
q ¶ Orationis. xxii. q. .viij. in qualibz. alias ē sub. §. q̄uis. ibi scientes magis religionibus q̄ officijs ⁊ labore corporis vel sudore nostram republicam contineri.
r ¶ Vbi primū. ff. q̄ primum. Jo. an.
s ¶ Circunstantie. puta q: timeē de zizania ⁊ magna discordia inter cardinales.
t ¶ Jeiuniorum. ad hoc concor. de voto ⁊ vo. redē. magne ⁊ vigiliarum exercitium vt ibi.

Marcus. Secundum gar. ⁊ Joan. mo. hec decrē. in sex partes diuidit: quarū prima vsqz ibi: dicto. in q̄ ponit cōstitutionis rāz. secūda vsqz ibi alioquin ⁊ ponit ibi constitutionē tertia vsqz ibi nisi aliqd ⁊ ponit ibi penam non obseruantis constitutionem. quarta vsqz ibi: super huiusmodi i qua facit exceptionem. quinta vsqz ibi: illa sane in qua de iuramento ponit super exceptione prestando. sexta ibi: illa sane. vsqz in fi. in qua corroborat vñi Jnno. decre.

v ¶ Electiōes. no. hic tres modos tangi quibus p̄uidetur ecclesijs sic. s. eo. c. i. eo. li. quorū duo ptinēt ad subditos: alius ad pl̄atos. qui eo ipo q̄ prouident confirmant quod est verum si eodem iure spectat ad illos eligere ⁊ cōfirmare. lxiij. di. in synodo. ff. de auc. tuto. l. iij. secus si diuerso: ⁊ sic intelligitur. s. eo. cū inter canonicos. vbi de hoc: ⁊ de fi. instru. §. ceterum.

x ¶ Viam malitijs. j. c. pri. de rescrip. sedes. ⁊. c. plerunqz. s. qui ma. accu. possignificante. ff. de rei ven. in fundo.

y ¶ Poss. oile. non enim oibus boīum malitijs viā precludere posset. vi. q. i. si oia. malas enī boīum volūtates ad plenū p̄hibere nō possimus. xxi. q. i. rōne in fi. ml enīz est q̄ homo semel deditus malitie nō adinueniat. i auē. coll. .vi. vt bi. qui se ob. ha. perhibres mi. in prin. ⁊ idem. ff. commo. ad eos. ff. d pscrip. ver. natura. C. mā. l. ab anastasio.

z ¶ Periculose. aduerbialiter ponit. sic de pe. di. i. periculose ⁊ ē periculū in spiritualib⁹ ⁊ temporalibus. s. e. ne pro defectu. l. distin. postquam. ⁊. j. e. quam sit.

¶ Dignitatuz. de quibus est idē iudicū. bñdū. s. e. ti. dudū .ii. ⁊. s. de pben. de multa.

? ¶ Alliorū ecclesiasticorū. oīuz vniuersalit. xxix. di. c. i. ff. d offi. pñi. l. iij. igitur siue sup simpli ci beneficio appellet siue super alio locum bz hec decre. Dici enim solet q̄ indefinita canonis vel legis regulā tradere intendentis equipolet vniuersali indefinita cōis locutionis non fm iuristas: vel fm logicos indefinita equipolet vniuersali i materia necessaria: vt homo ē animal. ergo oīs hō. Jn materia vero contingenti secus vt hō currit. ergo omnis homo ñ sequitur. Sed q̄ etiam fz iura indefinita non eqpolet vniuersali. nā si lego alicui omne marmor: videor legasse ⁊ statuas marmoreas ⁊ ceteras species ex marmore factas. ff. de le. iij. heres meus. §. i. ⁊ d au. ⁊ ar. leg. l. i. ⁊ tñ si legat marmor indefinite: sub legato comprehendit sola rudis materia: ⁊ nō species de marmore facte. ff. de le. iij. l. quesitum. §. illō fortasse. Jtem si lana indefinite legetur tincta non cōtinetur in legato. ff. de le. iij. l. si cui in prin. ⁊ si legatur oīs lana ceteā cedit tincta legato. ff. de aur. ⁊ ar. le. l. pediculus. §. labeo. ergo indefinita non eqpolet vniuersali. Jtē aliō qñ trāsigit su per generali petitione: aliō qñ sup indefinita: vt no. s. d trās. .c. i. sed dic qd quādo nō est eadem ratio ⁊ conditio p̄pter aliquod accidens oīum particularū i vniuerso cōprehensorū: indefinita nō eqpolet vniuersali vt pz in ꝓrijs. nam tinctura lane ⁊ spēs marmoris nō p̄cedūt ex ipa origine. fz ex accidēti hominis opatione: ⁊ posse maioris estimatiōis cē ipsum addito tincture vel speciei q̄ ipsum principale sed qñ oīum particularium eadem est rō ⁊ ꝓditio: ut pri⁹ vt q: nō variant p accidēs lz forte sit ibi iparitas ex origie puta q: alia lana melior ⁊ nobilior ex origine. Idez in marmore: tunc indefinita negatiue vel affirmatiue plata equipolet vniuersali. ff. de leg. ij. si pluribus. ⁊. l. si ita. ff. de re. du. l. si is qui. §. vtrum in fi.

x ¶ Perpetuo. i. generali. sic. s. eo. massima. ⁊ sunt hec signa cognoscende generalis ꝓstitutiōis cum edicti vocabulo nūcupatur: vt hic: si mittatur venerabili cetui si p̄cipit p oēs populos diuulgari scriptura publice p̄cedente: si dicatur

rint: aut fraudez in eis vel circa ea cōmiserit cuiuscūqz sint p̄eminētie ꝓditionis aut stat⁹ oī cessante p̄uilegio eoipso sniaz excōicationis incurrāt: ⁊ ppetuo sint infames: nec uncq̄z eis porte dignitatis pateāt[a]: nec ad aliqd publicū offiū admittātur. ¶ Ipsos super feudis ⁊ bōis ceteris que ab eadē ro. ec. uel qbuslibet alijs ecclesijs obtinent ipso facto decernimus eē p̄uatos[b]: ita. qd ad ecclesias ipsas plene ac liberē re uertant administratorū earūdē ecclesiarū arbitrio sine ꝓdictione[c] aliq̄ disponēda. ¶ Ciuitas vo p̄dcā[d] ñ solum sit interdicto supposita: sz ⁊ pōtificali dignitate p̄uata[e]. ¶ Ceterūqz cū arbitriū vel iordinat⁹ captiuat affectus: vl ad certū[g] aliqd obligatiōis cuiusq̄z necessitas adigit cessat electō[h] dū libertas adimitur eligēdi: cardinales eosdē obsecrantes p viscera misericordie dei nri p aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur: ut pēsantes ar tēti⁹ qd eis iminet. cū agit d creatiōe vicarij iesu xpi successoris petri rectoris ul'is eccl'ie gregis dñici directoris oī p̄uate affectōis iordinatiōe d̄posita: ⁊ cuiuslibz pactōis ꝓuētiōis obligatiōis necessitate: necnō ꝓdicti ⁊ intendimēti ꝓtēplatione cessantib⁹ nō in se reciprocēt ꝓsiderationis intuitū vel i suos: ñ que sua sunt[i] q̄rant nō cōmodis p̄uatis intēdāt: sed nullo artāte ipo rū i eligēdo iudicū nisi d puris ⁊ liberis mētib⁹ nuda electōis ꝓscia vtilitatē publicā libere p̄seq̄nt oī conatu ⁊ sollicitudine p̄ut possibilitas patit: id acturi tñmō: ut eorū ministerio accelerēt utilis ⁊ p̄necessaria totius mundi p̄uisio: idoneo celeriter idem eccl'ie sponso dato. ¶ Qui aūt sec⁹ egerint: diuine[m] subiaceant vltioni: eorū culpa nisi graui[n] p hoc peracta penitētia nullatenus abolenda. ¶ Et nos nibilominus pactiōes: ꝓuētiones: ꝓdita: ⁊ intendimēta oīa siue iurāmēti siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis innexa: cassam⁹ irritamus ⁊ viribus decernimus oīno carere[o]: ita nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit astrict⁹: nec quisq̄z ex eorū trāsgressiōe notam uereatur fidei nō seruate: sed indigne laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana[p] testetur d̄o magis transgressiōes hmōi q̄z iurisiurādi obseruatōes acceptas. ¶ Quia vero fidelib⁹ ñ est tam de sollicita q̄stūcūqz inuentione fidendū q̄z de instantia orationis[q] humilis ⁊ deuote sperādū huic adiuicim⁹ sanctioni: vt in oīb⁹ ciuitatibus ceterisqz insignib⁹ vbi primum[r] de memorati pontificis obitu certitudo claruerit: a clero ⁊ populo solēnib⁹ p eo exequijs celebratis singulis diebus donec de ipsius ecclesie p̄uisione indubitanter rumor p̄tulerit d̄itatez: būiles preces fundant ad dñz apud eum deuotis orationib⁹ insistat: ut ipe q ꝓcordiā facit i sublimib⁹ suis sic efficiat corūdē cardinaliū corda i eligendo ꝓcorda: q⁹ p̄uisio celer cōcors ⁊ vtilis p̄ut aiar sal⁹ exigit: ⁊ toti⁹ orbis requirit utilitas ex ipo rū vnanimitate sequat. ¶ Et ne tā salubre p̄ñtis sanctionis edictū ignorātie negligi p̄textu ꝓtigat d̄ stricte p̄cipim⁹ ut pfiarche: archiepiscopi: ⁊ alii ecclesiar preiati cetericqz qbus ꝓcessum ē p̄ponere uerbum dei clerum ⁊ populū: pp hoc spāliter frequētius ꝓgregādos in suis sermonib⁹ ad supplicum precum suffragia p̄ celeri ⁊ felici exitu tanti negocii frequētanda solerter hortentur: ⁊ ipsis eadē auctoritate non solum oīonum frequentiam sed obseruantiam p̄out circūstantie[s] pensande suaserint ieiuniorum[t] indicant.

¶ Idem in eodem.

¶ Appellātes cōtra electiōes postulationes uel prouisiōes oīa que obiicere intēdūt ꝓtra p̄sonā uel formā tenent expmēt ⁊ iurare q⁹ illa credūt vera esse ⁊ ea posse probare sup nō expressis ipi uel adherētes nō audient nisi de nouo emergāt uel peruenāt vel supueniat p̄bandi facultas: super quo iurat d̄bebūt: statutū Jnno. edictuz ꝓtra non probantes que obiiciunt in p̄sonam vel formam in suo robore conseruatur. Jo. an.

Et circa electiōes[v] postulationes ⁊ prouisiones ecclesiasticas viaz[x] maliciis p̄ut est possibile[y] p̄cludam⁹: ne d iuitis periculo se⁹uacēt ecclesie ul'i p̄sonatuū dignitatū[z] ⁊ aliorū ecclesiasticorum bñficiorum prouisio differatur. Edicto perpetuo[x] p̄uidemus vt si qñ

aliqui[a] electionibus postulationibꝰ vel puisionibus se opponūt pponēdo[b] aliq̄ ꝯtra electionis postulationis seu prouisionis formaz[c] aut personas eligentiū[d] vel electi[e] siue illius cui erat prouisio faciēda[f] siue facta pp hoc cōtigerit appellari[g]: appellantes in instrō publico[h] seu lr̄is[i] super appellatiōe ꝯfectis oīa[k] ⁊ singula exprimant: que in formā intendunt obijcere vel personas coraz[l] personis autenticis: aut per sona que super hoc testimonium perhibeāt veritati: corporali[m] prestito[n] iuramento quod credunt ea que sic exprīmūt esse vera: ⁊ se posse probare[o]. ¶ Alioquin[p] tam opponentes quam tempore appellationis interposite: vel postmodū adherentes[q] eijsdem obijciendi aliq̄ que non fuerit in huiusmodi litteris vel instrumentis expressa[r] potestatem sibi nouerint interdictā[s] nisi aliquid postea forsan emerserit[t] vel super antiquis[u] superuenerit pbandi facultas: aut aliqua antiqua in opponētiū noticiā de nouo puenerint[x]: que appellantes appellatiōis tpe emisse verisilr̄[y] ignorare potuerint: ⁊ etiam ignorarint

idez in similibus obseruandū: si lex vel canon appellatur generalis: si iubetur expresse ad oēs pertinere. hos modos habes. C. de leg. l. iij. Io. an.

a ¶ Aliqui. quoꝝ interest: vt qꝛ canonici parochiani vel patroni. xvi. q. vij. filijs ⁊ si collegiū obijcit: adhoc tenet. ff. quod me. ca. l. metum aūt pñtem. §. animaduertendū. dixit gar. ꝙ romana curia quelibet clericum de diocesi vel ciuitate admittit ꝯ electū epm: siue bñficiatus sit siue inde oriundus: si vult obijcere in psonā: ꝯ formam autem nō nisi canonicos admittit.

b ¶ Proponēdo: aliqua: si ergo q̄ opponunt nō sunt talia: sed directe respiciūt ius ecclesie vel opponētis psone: ꝯstitutio ista nō artat vt in cle. eo. ti. cōstitutionem. i. responso.

c ¶ Formaz: vt qꝛ seruata non fuit forma decr. qꝛ pp i electōe ꝯ formā postulatiōis obijci pt ꝙ nō est ꝯcors. vel saltē a duabus ptibus celebrata: ⁊ hoc qñ vnus postulat ⁊ alter eligit. ꝯ. e. scriptum. vel ꝙ postulatus est qui debuisset eligi. ꝯ. ti. pr. c. vno. ꝯ puisionē pōt oppōi ꝙ adhuc nō sit puidendi ptās ad supiorem deuoluta: vel qa per litteras surrepticias sit facta puisio de rescrip. super litteris.

d ¶ Eligentiū. vt ꝙ sunt excōicati maiori: vel ab hoīe suspensi. ꝯ. e. cū inter de ꝯsue. cū dilectus vel priuati a canone: vt qꝛ scienter elegerūt indignū. ꝯ. eo. cum in cūctis. vel sunt infames: quibus sunt actus legitimi interdicti. ff. de regu. iu. actus. sed eligere est actus legitimus. j. de sen. excō. solet ad fi.

e ¶ Electi. puta defectus etatis scientie ⁊ nataliū. ꝯ. eo. cū in cunctis. obiectorū aūt defectuum examinatio fiet. vt traditur. j. si forte.

f ¶ Facienda. qd igit hic de puisione dr̄ repetitum intelligat in postulatione ⁊ electione faciendis: qd iuris est in vno ⁊ in reliquo: ⁊ h verū si ꝯ certā personaz appellatur: vt non eligat vel postuletur. si aūt ꝯ incertam huiusmodi ꝯstitutōis formā non est necesse seruare. j. eo. qui ꝯ certam.

